a Barba Jacobo e altres nol conegueren allegant la auctoritat seguent. « *Venit hora in qua omnis qui interficiet vos arbitrabitur se obsequium prestare Deo hec faciendo vobis quia non noverunt Patrem neque me.* » E mes dix « *Vidi Hierusalem civitatem de celo.* » E mes dix « yom enten de Barba Jacobo e no lo pot negar algu. » E mes diu e afferme que lo modo que ell dit Urbano te en son viure segons la doctrina de Barba Jacobo es lo stat de perfectio e que altre millor ni mes perfet modo de viure no pot esser e que tots los qui tal regla tinran e observaran aconseguiran lo stat de innocencia. E mes afferme e diu lo dit Urbano que ell no es tengut de prestar obediencia a persona alguna ni al Summo Pontifice salvo en allo que a si mateix per gracia divina li parra que no sia be fet e non en altra manera. E mes dix e afferme en son proces de la propria boca que ell atorgara lo Summo Pontifice tenir les forces e poder que lo glorios Sanct Pere vicari de nostre redemptor Jesu-Christ ague quant ell veura que sia tornat al verstament de perfectio lo qual es lo qui te e observa lo sobredit Barba Jacobo. Encara trobam en dit proces com lo dit Urbano temerariament diu e afferme que lo nostre molt sanct pare apostolich ni altres prelats de la Sancta Esglesia no tenen potestat alguna sino serven e tenen la vida e doctrina apostolica pero que vuy en dia tots son plens de peccats e per ço no tenen potestat alguna. Encara dix que cosa alguna que lo papa faça no val res ni te eficacia sino que sia confirmat per lo sobredit Barba Jacobo pero que creu que si lo papa mane a alguna persona que faça alguna bona obra que

si la fara se salva en ella encara que lo Papa sia peccador. Mes avant trobam en dit proces e prova per confessio propria del dit Urbano e diu que quantes coses fa lo Papa no valen res ni tenen alguna effcacia e valor sino aquelles que per lo dit Barba Jacobo son confirmades dient encara que les coses que fa lo Papa com es dar indulgencias o altres gracies que als homens paren bones Barba Jacobo les confirma per la sua gratia. E quant al poder que nostre Senyor Deu omnipotent dona al Papa *Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in celis* que ell ho creu pero que Barba Jacobo es Deu e no vol que les animas peresquen nis damnen. Per ço com a Deu confirma les coses que lo dit Papa fa. Es veritat que axi com hi hague ministres com foren Anna e Cayfas pera matar Jesu-Christ tanbe hi haura Papa e ministres pera matar aquest Barba Jacobo que es lo verdader allegant aquella auctoritat que diu *Mundus gaudebit vos autem contristabimini et tristitia vestra revertetur in gaudium.* E mes dix que ara en aquest temps sera molt prop la fi del mon e que lo dit Barba Jacobo sera lo pastor verdader unico per lo que diu aquella auctoritat *Erit unum Ovile et unus Pastor* e que acabat lo temps de aquesta Esglesia sera la fi del mon. E lo dit Barba Jacobo judicara los vius e los morts axi com es Deu verdader en trinitat Pare Fill e Spirit-Sanct. E que axi ho creu ell e que li tolen lo cap mil vegades e nel maten que may li faran creure lo contrari. E instruintlo en les coses de la fe Sancta catholica lo egregi doctor micer Rodrigo del Mercado del Concell de la general inquisitio e per-

suadint aquell ab moltes paraules de charitat ques volgues appartar de les errors e oppinions que te e ques tornas a la verdadera creença e doctrina de la Sancta Esglesia romana allegantli moltes singulars auctoritats catholicas lo dit Urbano respos e dixli. *Ve vovis legis peritis qui tulistis clavem scientiæ ipsi non introistis et eos qui introibant prohibuistis.* E mes dix lo dit Urbano que la Esglesia romana que huy es finira e acabara son discus e apres redundara en poder de Barba Jacobo e sos dexèbles porten. Mes diu e afferme lo dit Urbano que axi com nostre Senyor Deu Jesu-Christ prengue carn humana del ventre virginal de la sacratissima Verge Maria axi com es ver fill de Deu axi en aquest temps es vengut en lo mon lo sobredit Barba Jacobo axi com a persona del Pare e ses incarnat encara que ell mateix sia Deu en trinitat. E mes diu lo dit Urbano que la Trinitat qui es Barba Jacobo açi en la terra es aquella mateixa que es en los cels e que nos pus trinitat en Deu sino lo dit Barba Jacobo. Encara trobam que lo dit Urbano afferma e diu Barba Jacobo esser aquell Angel del qual scriu e fa mentio lo Apocalipsi que vinra per la integra reparatio del humanal linatge e a ligar lo diable Satan en lo Abis. Mes avant diu e afferma lo dit Urbano que axi com Jesu-Christ redemptor nostre digue *Anteguam Abraam fieret ego sum* que axi es de dir del dit Barba Jacobo que axi fonch sempre en esser com Deu. Encara diu e afferma mes que lo dit Barba Jacobo sab totes coses encara que no haia apres scientia alguna e axi se ha a dir de ell com los juheus digueren de Jesu-Christ *Iste*

litteras scit licet non didicerit. Mes trobam en lo dit proces com lo dit Barba Jacobo decebut per lo spirit maligne volent exposar e declarar aquell test de la Sagrada scriptura lo qual Jesu-Christ Salvador nostre dix *Ego sum vitis vera et pater meus agricola est* que aquell pater es lo sobredit Barba Jacobo lo qual es vengut en lo mon a dar testimoni del fill en forma de pages dient lo dit Barba Jacobo esser stat primer pages ans ques senyalas en la vida que fa e que es de una vila o poblatio prop lo Cramones en la Italia. E dix encara que lo dit Barba Jacobo es tot lo esser de la Esglesia plenissimament e molt temeraria diu e afferma lo dit Urbano que lo dit Barba Jacobo salva los juheus e moros e tots los infeels qui stan spargits per tot lo mon e aquells diu que batege els remet tots los peccats ab una benedictio de burla que diu en aquesta manera *In nomine Patris et matris et filii et Spiritus-Sancti et Sancte Trinitatis filioli et filiolæ et compatris et comatris et de lo fratre ab la sorore e de lo cosino e de la cosina.* Mes diu lo dit Urbano e ab animo molt determinat diu e afferma que lo dit Barba Jacobo apres de alguns dias preicara per temps de tres anys e mig e que apres morra lo dit Barba Jacobo degollat en la ciutat de Roma e en aquella hora tremolara lo cel e la terra e a cap de tres dies lo dit Barba Jacobo resuscitara de mort a vida e que apres de sa resurectio diu que veura lo temps de la segona Esglesia e cessara la Esglesia romana e aquelles horas sera lo stament de perfectio e totes les gents portaran lo habit que ell di Urbano porta e servaran la regla que ell te e serve pe

ro que en aquelles horas nengu sera tengut de dejunar per que no ho hauran necessari pus seran en lo stament de perfectio. E mes diu e afferma lo dit Urbano hereticalment que en los predits lo dit Barba Jacobo administrara e mudara lo sacrament del altar que vuy en tota la Sancta Esglesia celebra e fara e mudara altre sacrament e manera de sacrifici e mes afferma e diu que essent en lo dit temps e stat de perfectio que desobre ha dit les dones concebran de sols abrassarse ab los homens e pariran sens mes ajustament de home de hon lo dit Urbano fa una conclusio e aquella afferma dient que si Adam no hagues peccat les dones hagueren concebut e parit sens ajustament de home. Mes avant trobam en dit proces com lo dit Urbano diu e afferma que lo manament que Adam trenca lo qual nostre Senyor Deu li havia fet que nol tranca per gola ni per menjar del fruyt segons alguns dien pero quel trenca per haver haguda copula carnal ab Eva sa muller. E mes diu que ell dit Urbano te aquest temps per temps de judici e que de quiscun jorn Barba Jacobo judica a tots los qui viuen en lo mon a quiscu segons les obres que fa o bones o males damnatissimament e bestial creu diu e afferma ab animo audacissim lo dit Urbano segons per sa confessio en lo predit proces consta que dins breus dies lo dit Barba Jacobo ha de venir a fer lo judici final com a Deu cum potestate magna et majestate e apres sen pujara en los cels ab sa humanitat que te assumpta. E diu que si les persones ignoran e no conexen al sobredit Barba Jacobo e les sues coses meravelloses

per que son terrenals e no entenen les coses spirituals applicant aquell dit de nostre redemptor Jesu-Christ dient *Si terrena dixero et non creditis quomodo si celestia dixero credetis ?* Encara diu e afferma lo dit Urbano que ninguna persona a la qual les coses sobredites seran vengudes a noticia nos poden salvar sens la creença de aquelles pero ques poden salvar entre tant que lo dit Barba Jacobo publique aquelles tals. Mes ha dit e affermat ab gran animo lo dit Urbano que tots los qui perseguexen a ell dit Urbano e a tots aquells qui porten aquell habit de sach son en stat e via de perpetual damnatio e pequen mortalment e que son ministres de Antichrist. E les quals errors e opinio hereticals e en altres que per no causar prolixitat se son omeses de continuar aci ha stat e perseverat lo dit Urbano ab animo deliberat per temps de quattre o cinch mesos detengut en los carcers del Sanct Offici de la inquisitio en lo qual temps amonestat per molts famosos homens de scientia axi en sacra theologia mestres com doctors en decrets e en dret civil axi ecclesiastics com seculars de la present ciutat de Barcelona james lo han pogut fer revocar de aquelles en grandissim perill e damnatio de la anima sua. Es veritat que apres alguns dies importunat per alguns qui en sa companyia segons diu eren ab molta apparentia de contricio lexats los habits del ficte apostolat que vuy porta e vestit de altres communes vestidures se representa en la scrivania del secret dels Sanct Offici de la inquisitio e agenollat en terra danant nos inquisidors o laltre de nosaltres presents los scrivans del dit secret dix aques-

tes paraules que ell era molt alegre per que nostre Senyor Deu ab sa divina bondat li havia feta gratia que havia coneguda la veritat e creu be e verdaderament tots los articles de la Sancta fe catholica contenguts en lo Credo in Deum pero que per los grans errors que ell ha tenguts e servats segons desobre es specificat dix que sempre plorarie de cor e cordialment e que tots temps plorara fins a la fi de la vida sua. E mes dix stant agenollat e les mans junctes que no volia demanar misericordia perque no era digne de demanar aquella ni de obtenirla pero que demanava penitentia e que li fos donada perque conexia ell haver granment peccat contra nostre Senyor Deu Jesu-Christ qui per rembre lo humanal linatge mori en creu. E dites les dites paraules fou manat tornar al carcer pensant que staria e perseveraria en sa confessio. E apres passats dotze o quinze dies lo dit Urbano lansades apart les vestidures que ensemps ab la conversio havia preses vestis les robes e habit que de primer stant en los errors predits portava e torna pus esforçadament a creure e affermar ab maior animo los errors que en la present sententia son specificats. E vist tot lo sobredit proces e totes les altres coses que veure e considerar se devian oides les dites parts en tot ço e quant han volgut dir e allegar fins ques stat renunciat e conclos en la dita causa e assignat a sententia segons que a maior cautela los assignam als presents dia e loch e ora haguda nostra delliberatio e madur consell ab persones de scientia e molta conscientia tenint nostre senyor Deu Jesu-Christ davant los ulls de nostra pensa

del qual tots los justs e drets judicis proceexen trobam que devem pronunciar e sentenciar e declarar axi com ab tenor de la present nostra sententia diffinitiva pronunciam sententiam e declaram lo dit Urbano prevere esser heretge e apostata de nostra Sancta fe catholica heresiarca dompmatista per la qual causa e raho del temps que commette los dits crims de heretgia e apostasia haver stat e esser de present de excommunicatio maior e anathema illaquat e ligat e que devem declarar segons que ab tenor de la dita nostra diffinitiva sententia declaram tots los bens de aquell del temps que los dits crims de heretgia e apostasia commette e perpetra haver stats e esser de present confiscats. E mes avant ab nostra present sententia e ab dit consell privam e per privat denunciam frayre Urbano de totes dignitats e benificis ecclesiastics e officis publics e de tots e qualsevol honors el liuram el donam a son ordinari perque aquell depose e degrade de tots ordens e graus ecclesiastics en la forma de dret statuida e ordenada.

Et incontinenti lecta et publicata per me Joannem Meya notarium et scribam officii Sanctæ inquisitionis in secretis predicta sententia usque in hunc presentem passum et locum eo instanti supradictus frater Urbanus hereticus condemnatus fuit ductus per officiales et ministros Sanctæ inquisitionis ad alium pulpitum sive sugestum constructum eo modo in dicta Regia platea Barcinonæ in quo personaliter residebat et sedebat pro tribunali reverendus in Christo pater dominus Guillelmus Dei et apostolicæ Sedis gratia episcopus Hyppo-

nensis indutus constitutus et ornatus vestibus et insigniis pontificalibus cum multis in dignitate positis canonicis presbyteris Sedis Barcinonæ associatus dictoque Urbano flexis genibus coram dicto reverendo domino episcopo Hiponensi constituto prefatus reverendus dominus presul presente me supradicto Joanne Meya notario et scriba officii Santæ inquisitionis testiumque infrascriptorum processit ad suam in scriptis proferendam depositionis et degradationis sententiam contra dictum Urbanum presbyterum eamque tulit et illum per me prefatum notarium legi et publicari alta et intelligibili voce mandavit in hunc qui sequitur modum.

En nom del Pare e del fill e del Sanct-Spirit amen. Per quant a nos Guilem Serra (1) per la gratia de Deu e de la Sancta fe apostolica bisbe de Hyppona consta per la sententia denant nos donada e promulgada per los reverends pares inquisidors de la heretica pravitat contra tu Urbano prevere e consta tu esser caygut en crim de heretgia e apostasia e esser heretge heresiarcha dompmatista e greument haver delinquit contra nostra sancta fe catholica e haver comes crim no solament gran mas encara molt damnable e danyos e en tanta manera greu e enorme que del dit crim per tu perpetrat no sols la divina Maiestat es offesa mes encara tota o la maior part de la congregatio dels feels

(1) Aquest Guillem Serra era frare del orde de Sanct Francesch e volgue esser bisbe de Hyppona.

christians ne es commoguda e scandalizada per la qual tu est fet indigne de tot offici e honra ecclesiastica. Per tant nos dit Guillem Serra bisbe predit per la auctoritat de Deu omnipotent Pare fill e Sanct-Spirit e per la auctoritat a nos comesa per lo molt Illustre e e Reverendissimo Senyor don Henrique bisbe de Barcelona de la qual en aço usam privam a tu dit Urbano de tot offici e benefici ecclesiastich perpetualment per aquesta nostra sententia en aquests scrits et deposam de dits officis e beneficis ecclesiastichs e axi pronunciam realment e actual e de fet segons la dispositio dels sagrats canones tu dit Urbano deure esser deposat e degradat.

Lata et publicata fuit preinserta sententia per supradictum reverendum dominum episcopum Hypponensem et seu de mandato suæ reverendæ dominationis lecta per me Joannem Meya notarium et scribam supra nominatum die veneris quinta mensis martii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo septimo presente dicto Urbano apostata heresiarcha ac dompmatista condemnato presentibus ad predicta pro testibus vocatis atque assumptis nobili domno Diomedes de Floribus natione Valentino reverendo Joanne Guardiola decretorum doctore canonico Sedis Barcinonæ officialibus reverendissimi domini Episcopi Barcinonensis magnificis Hieronymo Malet Jaune Ferrero Paulo Mas et Gaspare Serra doctoribus Guillelmo Cabanyelles Petro Michaele civibus Bernardo Casaldevol in artibus et medicina magistro Michaele Falco locumtenenti algutzirii Sancte inquisitionis Simone Falco mercatore

Jacobo de Riudolms Regio uxerio Michaele Ferrer cive et Michaele Joanne Artigo notario habitatoribus et civibus Barcinonæ et aliis quampluribus in multitudine copiosa.

Qua quidem sententia sicut premititur lata et promulgata incontinenti præfatus reverendus dominus Episcopus Hypponensis presente me dicto Joanne Meya notario et testibus supra scriptis degradavit actualiter dictum Urbanum heresiarcham condemnatum in forma juris ab ordinibus per eum receptis et assumptis incipiendo ab ordinibus presbyteratus usque ad primam clericalem tonsuram inclusive quo sic degradato fuit ab illo ablatus habitus clericalis quem deferebat et indutus habitu et vestibus laycalibus seu suo proprio vestimento saqui sive de sacho per dictum reverendum dominum Episcopum et sic indutus dictis vestibus et desuper veste linea crocei coloris flammis igneis depicta et mitra in capite ipsius apposita fuit reductus in ingestu de quo exierat per ipsos ministros officii Sanctæ inquisitionis.

His itaque gestis et peractis incontinenti de mandato dictorum reverendorum dominorum inquisitorum et vicarii generalis ego dictus Joannes Meya notarius et Scriba supra nominatus continuavi et legi partem et conclusionem dictæ sententiæ que est tenoris sequentis.

E per quant la Sancta mare Esglesia no te altra cosa que contra lo dit Urbano heretge apostata domatista excomunicat privat degradat e despullat de tots officis e beneficis ordens privilegis e honors dessus dits puga

ni dega fer sino desemparar e remettre aquell a la justitia e braç secular per tant ab la present sententia remettem e relaxam lo dit Urbano apostata heresiarcha dessus dit al magnifich mossen Guerau Dusay cavaller regent la vegueria de Barcelona de Golada de Valles de Moya e de Moyanes per lo Rey nostre Senyor. Al qual requerim tant quant de dret devem e podem e no en altra manera que rebe lo dit Urbano per nos desemparat e remes a son for e juhi el pregam se haja be ab ell ab tota clemencia e pietat e moder la pena en vers lo dit Urbano e axi ley relaxam citra mortem et sanguinis effusionem et membrorum mutilationem. E axi ho pronunciam declaram e sententiam per aquesta nostra diffinitiva sentencia en aquests scrits e per ells. — Franciscus Pays de Sotomayor.

Lata fuit preinserta sententia per supradictos reverendos dominos inquisitores et Vicarium Generalem et seu de mandato suarum reverendarum paternitatum lecta et publicata alta et intelligibili voce in platea vulgo dicta del Rey civitatis Barcinonæ per me Joannem Meya notarium et in secretis officii Sanctæ inquisitionis scribam die veneris quinta mensis martii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo septimo presente et audiente prefato Urbano heretico condemnato degradato præsentibusque ad prædicta pro testibus vocatis atque assumptis nobili domno Diomedes de Floribus natione Valentino reverendo Joanne Guardiola decretorum doctore canonico Sedis Barcinonæ officialique

reverendissimi Episcopi Barcinonensis magnificis Hieronymo Malet Joanne Ferrero Paulo Mas et Gaspare Serra doctoribus Guillelmo Cabanyelles Petro Michaele civibus Bernardo Casaldevol in artibus et medicinæ magistro Michaele Falco locumtenente algutzirii Sanctæ inquisitionis Simone Falco mercatore Jacobo de Riudolms Regio uxerio Michaele Ferrer cive et Michaele Joanne Artigo notario habitatoribus et civibus Barcinonæ et aliis quampluribus in multitudine copiosa.

APÉNDICE (1).

Códice de Gerona, fol. 62.

PETRI MICHAELIS CARBONELLI BARCINONIS PUBLICI NOTARII DE VIRIS ILLUSTRIBUS CATALANIS SUÆ TEMPESTATIS LIBELLUS INCIPIT FŒLICITER.

Jhesus-Christus.

Posteaquam a Bartholomeo Fascio Genuense oratore maximo de viris illustribus Italiæ quedam commemorata fuere decebit igitur Catalanos ætatis nostræ viros utique illustres mihi eorum asseclæ et conterranes peropportune enumerare. Quoniam tantorum Catalanorum ingenio et sapientia præstantissimorum præclara facinora atramento et calamo observari debere mihi palam videatur quorum quedam ex fracmentis contri-

(1) Véase la pág. 134 del tomo XXVII ó sea 1.° de Carbonell.

buli mei Hieronymi Pauli jurisconsulti excerpta quedam etiam a me aggregata fuerunt. Si qui in dies ocurrerint aut noviter postea phama excellent his si vita superfuerit adjicientur. Nunc autem ad rem venio.

Lucianus Colominius.

Lucianus cognomine Colominius natus est in insigni oppido quod vocatur Perpinianum situm in finibus Galliæ Narbonensis prope Hispaniam et Pyreneos Montes. In quo oppido extat haud obscurum gymnasium ubi studiis liberalibus operam dedit postea transtulit se Valentiam in Hispania et Sethabim postremo cecus effectus in maiores Balearium transffretavit et in Maiorica eius insulæ clariore urbe quæ olim ut creditur Palma dicta fuit. Decessit anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo. Composuit in carminibus grammaticæ libros quattuor singulis eius partibus singulos atribuens libros et de Casu et fortuna librum unum Epigrammaque huiusmodi ad eius libros in principio inseruit.

Te tulit auctorem doctissima Perpinianus
Urbs aluit juvenem præclara Valentia doctum
Ossa tenet tandem eius Balearica palma.

Joannes Lubetus Barçinonensis.

Joannes Lubetus Barcinonensis celibem vitam elegit ingenio moribus et sanctitate clarus composuit logices librum unum et methaphisicæ alterum de iure et regimine libros duos Epistolas que plures ad diversos sectatus est opinionem Lulii Maioricensis. Defunctus est

apud Maiores Balearium in eius insigniori urbe honorifice est humatus. Decessit anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo cuius sepulchro sequentia sunt subscripta epigrammata.

Terrea Joannis tenet hic lapis ossa Lubeti
Arte mira Lulli nodosa enigmata solvit
Hac eadem monstrante polo Christumque deumque
Atque docens liberam concepta crimine matrem
Ivit ad extremum solvens quodcumque tributum
Quem nos o Superi et nil iam cælestibus ullis
Debentem Seimus tua mania Sancta precamur
O Pater Omnipotens cum Sanctis vivat Amen.

Joannes Margaritus
Hierundensis Episcopus qui obiit Cardinalis.

Joannes Margaritus Hierundensis et eiusdem urbis Episcopus ex equestri prosapia originem trahens jurique pontificio deditus fuit accuratissime. Et cum litterarum studiosissimus semper extiterit quattuor memoratu digna volumina edidit primum haud expernendum quod Paralypomenon Hispaniæ secundum Corona Regum tertium Sedes Regum et quartum Mariale appellatur. Is enim fuit sacrarum litterarum amator et qui facundiam animi virtutes humanitatem facilitatem morum suavitatem pietatem modestiam atque continentiam non mediocres obtinuit. Legationibus que præterea ac summis honoribus Regiis functus Sacræ Regiæ Aragonum Maiestatis ob morum integritatem doctrinæ que præstantiam cum dignitate coniunctam Cancellariam adeptus est.

Ferrandus Valentinus.

Ferrandus Valentinus et Prior Dertossæ egregia phama pernotissimus extitit theologorum quoque ac declamatorum ætatis suæ prope princeps fuit et Alfonso quarto Aragonum Regi percharus.

Jocobus Paulus jurisconsultus.

Jacobus Paulus jurisconsultus pereximius fuit in Hispaniis et Italia phama ingenti percelebratus et inter omnes eius professionis hac in mea tempestate judicis meo clarissimus Barcinone editus est patre atque avo iam olim litteratis viris vitæ fuit usquequaque integerrimæ charitateque egregius sermone admodum jocundus brevis elegans venustus et clarus quique ob ingenii et doctrinæ præstantiam assedit in Balearibus annis quattuor cuius perprudenti consilio Joannes II Aragonum Rex accuratissime usus est ac ab eodem eximia veneratione cultus extitit humanitatis ac sacrarum litterarum studia diligentissime exploravit. Apostillarum in Romana iura permagnum volumen claro ingenii acumine ac pensatissima æquitate vénerandum luculentissime congessit ex quo magnam sibi laudem Romani juris perperit pleraque ex apostillis huius egregii Jacobi Pauli Bartholomeus Verinus legum interpres ac Balearicus vir prestantissimus transcribi fecit per scribam doctum Jacobum Garciam Regio Archivo apud Urbem Barcinonam prefectum anno Christi MCCCC LXXV. Mortem obiit Barcinone idibus juniis anno Salutis MCCCCLXVI sub Paulo II.º Pontifice Maximo et

Joanne II.º Aragonum Rege. De quo sequens epigramma laureatorum quispiam haud ineleganter edidit quod ab antiquis sumptum esse puto.

Hic Jacobus Paulus situs est: qui gloria iuris
Cæsarei: magnum iubar in orbe fuit.
Hunc paulina domus: hunc Regis Curia lugent
Hunc sibi præreptum flet studiosa cohors.
Flete super quem similem nec prisca tulerunt
Secula: nec talem forte futura dabunt.

Joannes Ramundus Ferrarius.

Joannes Ramundus Ferrarius jurisconsultus et eques Barcinonensis in huiusmodi virorum cetu non immerito connumerandus est qui heroico carmine Mariæ Suppremæ Virginis laudes ac vitam magno volumine decantavit Christi etiam Dei nostri miranda facinora eiusdem generis carmine complexus est. Libros Aphorismorum Hippocratis et commentorum Galieni cum quibusdam a se additis metrice prescripsit quos in volumen maximum octomilia quingentos versus continens diggessit carmina quoque multa in diversis voluminibus dispersa composuit soluta quoque oratione de laudibus scientiarum in uno volumine opus unum maximum per alphabetum divisum quod appellatur semita juris canonici. Epigrammatum præterea epistolarumque ac librorum cuiusvis artis et doctrinæ tam latino vulgarique idiomate quam in rhythmis metrice et prosaice magnam copiam contexuit.

Gabriel Clepesius Balearis.

Gabriel Clepesius Balearis vir sacris litteris apprime eruditus et declamator acerrimus humanitatis quoque studia coluit qui et celebris viri Lulii conterranei disciplinam sectatus est. Cuius sectæ volumen unum edidit quod nuncupatur. . . . . (no lo puso.)

Ferrarius Berardus Balearis.

Ferrarius Berardus Balearis jurisconsultus vir fuit græcis et latinis ac barbaris etiam litteris eruditus.

Jacobus Gartias

regius Archivarius qui fuit præcesor meus Petri scilicet Michaelis Carbonelli in officio Regii Archivi Barcinonensis.

Non prætermitendum censui Jacobum Gartiam Barcinonensem quamvis mihi et amicissimum et eodem scribendi diligentia ac studis coniunctum is est cui nostra Regio nec parem bonitate aut priscæ fidei tenacitate aluit transcripsit fabre libros innumeros non tam obtime emendatos quam elegantissime exaratos. Studia quoque humanitatis ac artes omnes maxime coluit nec sacrarum litterarum ignarus grammatica presertim se oblectatus est. Codices multos est interpretatus emendavitque ac notavit. Terentium autem jamdiu corruptum magnis lucubrationibus et pertinaci diligentia solertissime emendavit. Patrias historias Aragonumque Regum genealogias percalluit quippe et Archinotarius et Tabellio sacrorum scriniorum Regiique

Archivi fuit. Cuius multe extant notationes et apostillæ ad historias et grammaticam pertinentes quæ a viris doctis non mediocriter approbantur. Mortem obiit ex pestilentia Barcinone VI calendas octobris (in XXVI octobris) circa nottis medium anno christianæ religionis MCCCCLXXV sub Sixto IIII pontifice maximo et Joanne II Aragonum Rege.

Hieronymus Paulus.

Jacobo quem diximus Paulo successit eius filius Hyeronymus Paulus jureconsultus impresentiarum vitam agens latinis ac græcis litteris præditus qui in hoc numero non in postremis censetur Rerum antiquarum studiosus et doctus nec non studiis humanitatis deditus est. A poetarum quoque studio non abhorrenis (1) Cosmographiæ studiosus summopere. Epigrammatum historiarumque libellum haud sane ineleganti stylo edidit epistolas que alteram scilicet de Hispaniarum viris illustribus alteram de nomine et et origine catalanorum et quamplurimas alias epistolas in honore habitas Libellos etiam de fluminibus et montibus utriusque Hesperiæ opus et elegans et perutile adhuc adulescens composuit. Tandem Romam urbem petere non desiit

---

(1) Dicimus abhorreo ab hac re ac si diceremus per quam alienus sum ab hac re. nam semper in eius modi significatione ablativum exquerit: teste Torrellio nostro fol. XVIIII p. I.

Quod de studiis poetarum deditus est et elegantius dicitur in ablativo scilicet á studio quam si diceret studium humanitatis non abhorrens.

ubi Reverendissimi d. Roderici cognomento Boria Cardinalis Valentinensis XVII annis vel circiter familiaris continuusque commensalis extitit. Et ipso Roderico hoc anno salutis MCCCCLXXXXII in cathedra Piscatoris sedente Hieronymus quem prædiximus quadam ægrotatione percussus ad suam matrem Barcinonem remeavit veruntamen Romæ vitam agens situs Urbis Barcinonis aliarum Urbium et opidorum Cataloniæ diligentissimus inquisitor fuit sic quod de ipso situ librum unum elegantissime edidit.

Bartholomeus Gerbius.

Bartholomeus Gerbius Leriæ natus ex agro Valentino ubique christianorum notissimus Sacris litteris deditus admodum fuit astrologia doctissimus.

Bonia Valentinus.

Bonia Valentinus astrologorum et methamaticorum huius ætatis Princeps.

Philippus Mealia.

Philippus Mealia Barcinonensis canonicus in sacris litteris educatus et conterraneus meus primo sacras litteras Ilerdæ postremo Luthetiæ in Gallia didicit. Is fuit quem Luthetia publice eas sacras litteras legentem in decimo octavo ætatis suæ anno summopere admirata est. Composuit librum duobus voluminibus partitum qui christianus redemptus dignissime nuncupatur. Declamator etiam fuit acerrimus. Tandem quamplurima sermonum volumina edidit. Et de morte me-

moriæ dominæ Violantis Aragonum Reginæ eiusque aneologia moribus et doctrina sermonem pergrandem nusquam tantis eloquiis exemplis et auctoritatibus elimatum mirabiliter congessit. Et quamquam in ipsius sermonis initio dolore ac laxitate ventris admodum opprimeretur tamen ob audientium pudorem ac illustrissimi funeris celebritatem obticere voluit. Itaque sermone peracto morbum contraxit et domum revertens cubile ocyus petiit et post dies duos ortodoxe mortem obivit.

Jacobus Ripullus.

Jacobus Ripullus primo publicus Barcinonis tabellio postea jureconsultus eiusdem Urbis Barcinonis filius poeta maximus fuit et rerum antiquarum quamplurimum emulus. Tolosanos flores in maternis rhythmis iam editos percallentissime commentatus est. Epigrammata multa versus cantilenas et plura opera tam latina quam vernacula lingua decantavit. Et ut memoria teneamus quid salubre gestum tanti viri comperitur epigramma quod edidit in laudem illustrissimæ dominæ Elionoris gloriosæ recordationis Cypri Reginæ a me hoc anno jubilei a nativitate Domini MCCCCLXXV noviter reparatum quoniam semideletum esset juxta altare Cænobii Sancti Francisci Barcilonis repos tum hic inserere ut iacet non desinamus.

D. I. T.

(Deo uni trino.)

Epigramma illustrissimæ dominæ

Elionoris Reginæ Cypri que mortem obivit die vicesimo sexto decembris anno a nativitate Domini MCCCC XVII editum ab egregio viro Jacobo Ripullo juris professore Civeque Barcinonæ.

Hic iacet Aragonum Regali stirpe creata
Elionor Regina Cypri: qua fæmina maior
Moribus aut vita miti. probitate pudore.
Ævo nulla suo vixit. laudesque virorum.
Sub cute fæminea meruit. nam fraude perempti
Coniugis ulta necem: gnato sua regna redemit.
Præmia ceu sceleris patruus: que marte premebat.
Ergo decus vestrum virides deflete puellæ
Plangite matronæ viduæ plorate pudicæ.
Vosque favete viri lachrymis. fuit illa virago.
Supplicium terrorque malis. spes unica iustis.
Fortibus hæc clypeum. miseris præstabat asylum.
Subsidium lapsis placidum solamen egenis.
Hinc dos virginibus: captis redimenta dabantur.
Orphanus hinc fraudem vitare. hinc templa ruinam
Hinc illesa Deo pietas stetit. ergo beatam
Cælicolæ teneant animam: sed marmora corpus.
Post duo iam noviesque novem: centumque bis acta
Lustra duo fugerent anni dum Regis ad ortum
Perpetui: longe solvit mors vincula vitæ.

Joannes Ramundus Ferrarius iureconsultus Barcinonensis in laudem scriptoris.

Hos versus Petrus Michael Barcinonis ortu
Carbonellus item cognomine Scriba peritus
Scriptura pulchra docte reparavit et apta :
Ut qui priscorum rimator habetur acutus. (1)

ΤΕΛΟΣ. ΤΩ ΘΕΩ ΔΟΞΑ.

Gabriel Canyelles.

Inter hos illustres viros haud omittendum æstimo immo maximo cum honore celebrandum Gabrielem cognomine Canyelles publicum Barcinonis ac Domus Consilii eiusdem Urbis tabellionem egregium cuius memoria ob eius doctrinæ præstantiam apud Barcinonem et etiam Cataloniam perceleberrimus habetur tantus vir erat doctus et probus non modo in tabellionatus officio arteque notariæ sed etiam oratoria facultate et omnibus quæ in hac vitæ peregit. Quicquid manu sua scripsit litteris pulcherrimis et docte factum censetur. Grammaticus eximius fuit. Formulas artis notariæ magno ingenio et claro pernotavit eius formulis plerique doctiores tabularii famosissime utuntur ex quibus pleraque formularia diggesta fuere. De tribus partibus

---

(1) Et quare in calce huiusmodi operis ego prædictus Carbonellus meis expensis Reginam Cypri prefatam cum angelis sepulchro aliis que imaginibus pingi feci ibidem manu mea propria vaccinio colore nomen pictoris hoc modo scripsi Hæc Alfonsus magister Cordubensis fabre pinxit et fuit ipsum epigramma a me repositum apud cænobium divi Francisci Barcilonis die festo Ascensionis Domini anno jubileo a nativitate Domini MCCCC septuagesimo quinto.

in quibus ars notariæ consistit breve compendium scripsit quod Vade mecum appellavit.

—

Códice de Gerona fol. 242.

Petrus Michael Carbonellus Joanni Villario eloquentissimo P. S. D. Quanto studio ac diligentia nostrorum Principum genealogias nudius certius perscrutatus sum vix dicere vales. Sive non latet te admonuisse videor quod aliquid primorum comitis Barcinonii et Aragonum ac Siciliæ Regum a quibus parentibus et familia ortum traxerant scripserat forte nemo. Estque rei veritas palam hæc genealogias istorum principum non unas sed binas ternas et quaternas partim vulgo et partim latine decerptas penes quospiam mihi necessarias comperi quibus perlectis memini me in eisdem legisse quod Remiro Rex Aragoniæ primus in recta linea descendendo ab divisione Regni Cantabriæ citra descriptus est huscemodi nominis primus Sanctii magni Regis sive imperatoris filius. Qui quidem Sanctius gnatam Regis Castellæ cognomento Maiorem vel Geloyram in uxorem duxit et patrias leges furos appellatas statuit et dominabatur Cantabriæ et Aragoniæ nec minus aliorum Regnorum quæ avus suus Sanctius Avarca cognomento conquisierat. Is etiam Sanctius

Magnus quatuor genuit filios videlicet eum Remironem a quadam nobili domina de Aynar et tres scilicet Gartiam Ferrandum et Gondissalbum ab uxore sua Geloyra. Sed redeo ad Remironem a quo digressus eram quem fratribus suis memoratis vita functis nullos que heredes in Regno relinquentibus populus et nobiles ob eius Remironis ingentem nobilitatem probitatem et præclara facinora quæ gesserat (*nam clarus consilio clarus honore fuit*) in Regem Aragoniæ elegerunt qui matrimonium postea contraxit cum Ermesende filia comitis Bigorræ et ex ea filios duos Sanctium et Gartiam in lucem edidit. Is autem Rex fuit victor acerrimus in Sarracenos quos vehementi animo sæpius debellavit. Alia complura mirum in modum ab eo gesta litteris mandassem nisi vererer aures tuas prolixitate obtundere. De Guifredo nanque primo Barcilonis comite quibus parentibus et qua familia ortus fuerit humanitati tuæ aliquid premere nequeo quum certo scias in aliqua ex genealogiis nihil de hoc sit sermo. Nam eius Guifredi parentes et familiam quando quidem antecessores nostri ignorarunt et nos etiam ignorare convenit. Et de his quidem satis. Postremo magna me affeceris non modo laetitia set etiam quodammodo gloria si binis litteris meis quibus usque hac non respondisti eximia tua eloquentia cum animi ilaritate coniuncta et quid circa genealogiæ tabellam meam sentis (an aliquid annotatione dignum desit) respondere curaveris. Quo ut facias te vehementer etiam atque etiam obsecro. Gnatum meum admonui ut huiuscemodi epistola reddenda et in omnibus comita-

te tibi assurgat si id fecerit nec ne mi reddas certiorem cupio nam ipsum gnatum bene moratum ac urbanum fore nam recolo me apud Juvenalem Satyra XIII comperiisse *Credebant quod grande nefas et morte piandum si juvenis vetulo non assurrexerat et si barbato cuicumque puer licet ipse videret. Plura domi Farra et maiores glandis acernos.* Et alibi eadem satyra *Mobilis et varia ferme est natura malorum quum scelus admittent superest constantia quod fas atque nefas tandem incipiunt sentire peractis criminibus tamen ad mores natura recurrit. Dum natos fixa et mutatur nescia nam quis peccandi finem posuit sibi* et cetera cuius Juvenalis hanc doctrinam summis laudibus extollendam non solum me sed posteritatem meam assequi cum laude gliseo. Heec licet perscrutatior et doctior me scias tamen (ut animus tuus me in his oblactare et quitquam sentire ac dicere intelligat) longiorem esse decrevi quod si tibi displicuerit ignosce quæso. Vale et me tantum ama quantum te a me amari intelligis. Apud coloniam Faventiam IX calendas julias anno jubileo 1475.

Joannes Villarius P. M. Carbonello salutem. Quoniam vix ocii quicquam mihi superesse conscius essem statueram Petre optime litteris aliquandiu abstinere. Verum enim vero cogunt me litteræ tuæ facere præter institutum nedum innitant quonam pacto quum te tam liberalem scribendo conspiciam maxime abs te rogatus abstinere possim par pari refferre ni forte ut Virgilius jusit dura silex extem aut marpesia cantes. Quod vero

tam accurate de ortu dominorum Principium eius oræ Celtiberiæ quam nunc Aragoniam vocitamus scribis habeo gratiam. Cæterum quod ais nihil esse a maioribus nostris memoriæ proditum de priore Guifredo Comite Barcinonio qua familia quibus parentibus originem traxerit demiror quidem et simul veterum incuriam censeo accusandam. Non enim decuit tanti principis parentes et familiam silentio præterire nisi forte eo id factum esse putemus quod obscuri essent et indigni memoria. Sed sane ut cunque res ipsa sese habeat decuit scriptorem absolutam perfectam doctrinam posteris tradere. Nam si obscuri fuissent laus ingens tam illustrem sequebatur principem quod suis gestis floruisset ac maioribus suis initium memoriæ suæ dedisset et posteris tantæ tamque expectatæ nobilitatis initium et virtutis exemplum fuisset. Sin vero clari quod rerum gestarum gloriam nobilitatem a parentibus sibi relictam adeo auxisset tantusque Princeps utpote Comes Barcinonius creari meruisset sed veterum incuriam missam faciamus tu vero si *quando* post hac quicque dignum fide compertum habueris ut me compotem facias vehementer obsecro nam idem parque me facturum fidem tibi astringo meam. Et quamvis nunc quidem nostro non favebit fortuna labori favebit forte aliquando post hac freti ut poeta inquit meliore lapillo in tabellam tuam quæque notanda putavi ea verbotenus depromere tibi constitui etenim si quecunque fert animus litteris mandem tantum epistola crescet ut tibi legenti fastidium mihi autem scribendi tedium proculdubio sit allatura. Præstare igitur existi-

mari stilum cohibere et pariter vestrum levare laborem. Quod litteras meas tantopere laudas Virgilii suavissimos versus responsi loco accipe. Nam neque Varra nomen videor neque dicere tynam digna set argutos *interscrepere ancer* olores. De tuo gnato quod scribam habeo nihil præterquam quod ea est modestia et indole que abs quovis ætatis suæ bene composito beneque morato desyderari possit. Dii illum tibi secundent. Vale V calendas julias.

Fol. 243.

Petrus Michael Carbonellus Joanni Villario P. S. D. Nescio vir egregiæ ac mocte virtutis quæ natura quæque adamatio me teneant tantopere obvolutum ac circundatum ut res bellissime gestas atque oratorias non modo loco uno sed etiam multis annotare studere et scribere compellar forte fit quandoquidem coniectamus suavitatem et elegantiam nos assecuturos præcipue quæ ab illustribus viris scripta comperiuntur ego vero id unum tibi dicere ausim quod licet sum re uxoria captus et re familiari maxima his in fluctibus honustus redditibusque privatus et multis implicitus laboribus atque tediis quæ jam pati vix nequeo (nisi Dii faveant) tamen dies noctesque nihil aliud agere cupio nisi virorum illustrium doctrinam acquirere et nihilominus scribere semper et legere quæ mihi solatia sunt ingentia *quæ potest igitur esse* (ut testatur ille vir elo-

quentissimus Petrus Paulus Vergerius justinopolitanus) *vita incundior aut certe commodior quam legere semper aut scribere et novos quidem existentes res antiquas cognoscere præsentes vero cum posteris loqui atque ita omne tempus quod et præteritum est et futurum nostrum facere. O præclaram suppellectilem librorum in quam ut nos et o iocundam familiam ut recte Cicero appellat utique et frugi et bene morigeram non n. obscrepit non inclamat non est rapax non vorax non contumax nissi loquuntur et item nissi tacent semperque ad omne imperium præsto sunt a quibus nihil unquam nisi quod velis et quantum velis audias ego igitur quoniam nostra memoria non est omnium capax ac pan corum quidem tenax et vix ad singula sufficit secundo memoriæ loco habendos asservandosque censeo. Nam sunt littere quidem et libri certarum rerum memoria ac scibilium omnium communis apotheca et cetera.* Propterea recte dicendum puto quod a natura inest semper inest is ergo talis sum quod alius esse non possum. Vereor equidem ne tibi litteræ mee fastidium contulerint quod si fecerint queso admodum insinuare digneris. Nam id agendum censeo non arrogantia aliqua sed (ut prædixi) circa epigramma libelli epistolarum nostrarum exercitationis quidem honestæ et oblectamenti gratia. Hoc etiam super addo ut tuæ que accumulatissime satisfaciam voluntati. Placeat ideo mi præceptor suavissime quod si mea tam disperse scripta tedio seu fastidio tibi sint palam loqui cures et me tibi obsequentissimum instruere et corripere non erubeas quoniam a tua doctrina mirifica nusquam abhorrere statui. At de his qui-

dem hactenus. Littere tuæ verborum et sententiarum coloribus referte mihi redditæ fuere præclara multa virgiliana et alia commendatione digna quæ mihi voluptati fuere et eorum non immeritam tibi habeo gratiam. De Guifredo prima Barcilonis comite pleraque in diversis eius genealogiæ codicibus antiquissimis perscrutari non desini tandem nihil illius parentum et familiæ compertum habui. Verumenimvero hoc exploratum habeas quod is Guifredus fuit primus Comes Barcinonius et miles gloriosus dominusque Castri Arriani siti juxta oppidum vulgo appellatum Villamfrancam Confluentis qui apud Comitatum Cerritaniæ editus est a quo alii postea Barcinonenses Comites descenderunt. Receperat autem comitatum anno Domini DCCCXL ab Lodovico francorum Rege filio Charoli cognomento Magni francorum Regis et nepotis sive net Pipini francorum etiam Regis patris eius Charuli. Et qui Lodovicus ditioni suæ subjitiens urbem Barcinonam et fere Cataloniam totam quas tunc Sarraceni occupatas tenebant prefato Guifredo quem præclara fama et actus strenui eidem Lodovico notum fecerant regendas comisit. Quippe quum comitatum Barcinonium isGuifredus per diversa curriculorum tempora quiete et sapientissime gubernasset Pater Patriæ cognomento appellatus est et vita functo dicto Lodovico anno Domin DCCC XLI. Successit ei in Regno Charulus cognomento Calvus qui Barcinonium Comitatum memorato Guifredo confirmavit. Si hæc voluptati tuæ non satisfecerint per te ipsum genealogiarum et vetustissimorum codicum volumina in quibus quitquam reconditum super hac

re comperiri poterit accuratissime perlegere non negligas etiam volvere et revolvere donec saturitati feceris satis. Hec citra fastidium impresentiarum relinquamus et hesitationem (1) meam quam in hoc nomine Getæ insitam habeo quod significet quo verbo populo originem traxit limpidare (limpidare non est latinum sed limpidus i. clarus nitidus non limpidare sed promere dicito studeas.) Hoc testatur Ovidius XVIII epistola lib. II de Ponts. *Nulla Getis toto gens es truculentior orbe.* Et lib. V tristium multa de illis prosecutus est. Rursus velim vir doctissime tibi persuadeas nihil me maiore studio a te petere nihilque te mihi gratius facere posse quam huius verbi expositionem ut ad me mittas et ut facias vehementer te hortor et obsecro. Ego sane quæ te velle queque ad te pertinere arbitrabor omnia diligenter studioseque curabo. Et ne longior sim vale et me ut facis ama. Apud Coloniam Faventiam (2) ubi tabernam notulariam foveo IIII calendas julias anno jubileo.

Fol. 244 y 245.

Petrus M. Carbonellus Joanni Villario viro quidem perfacundo salutem P. D. quid litteris meis responde

---

(1) Hæc hesitatio in me Carbonello non existit sed sciens eam hic inserere curavi adeo ut dicto Villario rescribendi causa essem.

(2) Colonia Faventia est Urbs Barcinona.

a. . . . . heri apud tabernam Scribariam meam dixeras te respon. . . . . si hoc illius nominis Getæ expositionem comperuisses leg . . . . Torrellem qui huiusce nominis meminit Getæ populi fuit Traciæ ut dixit Plinius naturalis historiæ etiam Appianus insignis historicus græcus dixit Gete sunt quos Dacos vocant non nulli vero illos esse affirmant quos iam Gotos vocamus. Salustios vero referente Servio super VII. Æneidos dixit illos esse Mysios et a Lucillo *superates.* Accipe igitur vir suavissime huius verbi expositionem adeo ne a litterarum exaratione abstineas. Reponde responde igitur vir humanissime et quæ a me scripta sunt improbare aut approbare (si ea digna vel indigna videantur) quàm otissime studeas. Vale apud portale novum Urbis Barcinone ubi pro custode hoc die (ne Valentini et Maioricenses quos pestis maxima obruit hanc Urbem ingrederentur) Magistratus huius Urbis me delegit V iduum julii anno jubileo quam raptissime.

POESÍA.

Que Carbonell se hubiese dedicado á la poesía es descubrimiento del que hasta ahora no habia participado el público, quedando esclusivamente reservado por espacio de cuatro siglos entre los que le sucedieron en la custodia del Real Archivo de Barcelona. Por lo mismo, grande fué nuestra satisfaccion al tropezar con la primera noticia que sobre este particular nos proporcionó el detenido exámen que practicámos, entre otros códices, del *Memoriale* n. 49 (1) y no es menor la que sentimos hoy al difundirle con la imprenta.

---

(1) Este códice es un índice antiguo, en folio mayor, hecho por Carbonell, que contiene reseñas de documentos, estractos y diferentes notas, las mas de ellas muy útiles á los que se hallen al frente del Archivo. A sus foleos numerados preceden ocho que no lo están, y estos forman un índice alfabético de todos los documentos, notas y demás que se hallan continuados en dicho volúmen. Al cuarto vuelto de estos foleos no numerados léense sub letra C. las siguientes notas autógrafas de Carbonell:

Açi fas mentio de les Cobles per mi ordenades e scrites en lo present libre.

Cobles o dança de la mort començant en lo present libre. . . . fol. XV.

Cobles ajustades per mi a la dita dança hon yo e tots havem a ballar o tart o primerament com Deu volra. E son per mi ordenades e scrites apres la present taula del present libre.

Bien es verdad que no fué la poesía el género en que mas brilló la pluma de nuestro Cronista y que, como el lector advertirá, hay una distancia inmensa entre la fluidez, correccion y valentía de la prosa en que estiende sus narraciones y descripciones históricas y la languidez, desaliño y hasta tibieza de la mayor parte de sus metros. Nosotros no tenemos el menor reparo en atribuir estos defectos á la mansedumbre propia del carácter de Carbonell, á que rara vez siente hervir en sus venas el fuego de la improvisacion el que acostumbra helar su sangre bajo la influencia de la fria y recelosa crítica, invirtiendo el tiempo

---

(1) Hoc non sine causa dixi quare natura maxima habui et habeo libidinis inclinationem et certo scio quod si scribendis et componendis libris et aliis deditus omnino non fuissem nedum libidine sed etiam aliis peccatis irretitus essem. Et ideo diebus dominicis et festis aliisque diebus quibus scripture seu studio vacare possum vaco vitamque solitariam domi amplectendo ne cor meum vanis turbetur et Dei maiestas offendatur.

Fol. 257 v.

Epigramma. . . . . Amico summo viroque doctissimo Petro Michaeli Carbonell tabellioni.

Jesus cum beato Hieronymo.

Petro Michaeli Carbonelli frater Guillermus Fuster in Christo salutem. Unas tuas litteras vir doctissime multa suavitate refertas nuper accepi. Quare miraris in primis me apud Servium grammaticum eam regulam comperisse scilicet. Est græca figura si dicamus Æneas Anchisæ et subaudiamus filius et cetera mihi pergratum erit si tu ipse hanc legere velis in commento eiusdem Servii in principio fere primi Æneidos in expositione horum verborum *Aiacis Oylei* scilicet ut et iis que dixi plenius fidem habeas. Credo magistrum Luisium de Hispania summum mei amicum a quo Juvenalem audisti commentum habere huiusmodi quem etiam his de rebus (quia maximos audivit apud Italiam oratores) consulere poteris et quem tibi habes amicissimum juris interpretem Franciscum Cassagiam laureatum ut scribis poetam. Ego autem sic a meis preceptoribus (nisi fallor) accepi latine etiam dici posse satisque trita locutio est juxta eiusdem Servii sententiam quo sepe libenter utor Jacobus Publicii a quo poeta et oratore optimo multa olim apud Valentiam me

audisse recolo sese ad Galias contulit. Tu vero quod a tuo contribulo persuasum est tibi (si vis) tantum accipe. Diversi enim cunctis in artibus diversa sentiunt atque loquuntur. Iis quattuor versiculis quos tibi super edideram alios quattuor addidi. Arbitror nunc in his octo quæ petieras concluisse. Bene vale et tuis (oro) domesticis me summopere recomenda prælato quoque magistro Luisio me quam poteris comendato. Apud divum Hieronymum de Valle Ebronica idibus mai 1475.

Est Petrus Michael mihi nomen fonte tributum
Baptismi cognomen Carbonellus habetur
Sum Barcinone natus nutritus et urbe
Cuius publicus exto tabellio regius atque
In qua conscripsi quem cernis post ea librum
Anno quo multis iubileum Roma dedisti
Tunc Rex vivebat (revocata pace) Joannes
Reddo tibi grates quas possum Christe redemptor.

Fol. 257 v.

Epigramma . . . . . Clarisimo viro ac devotionis eximiæ fratri Guilielmo Fusterio ordinis Sancti Hieronymi Vallis Ebronis in agro Barcinonensi.

Lepidissimæ litteræ tuæ mihi redditæ fuere. Quibus ob negotia quamplurima curamque familiarem vix res-

pondere nequeo sed paucis quod volo tibi amice dicam. Tu versiculos octo mei gracia edidisti primo quatuor ultimo alios quattuor comprehenderentur nominibus ac officio meis omnino proculpulsis. Nam in his nihil aliud a te flagito nisi quod cognomine quod mihi Carbonello est nomine item urbis unde editus sum et quod ego fui scriptor modo utaris magnopere hortor et obsecro. Miror admodum quare egregium virum Franciscum Cassagiam non immerito commendandum more oratorio (ut decet) postquam de sua multifariam doctrina ad te scripseram et tibi amicus esse desyderat haud commendasti. Commenda igitur ipsum et litteras sibi ostendam. Verum tamen non omittas quod litteræ tuæ ut aliæ non sint absque nomine quoniam in illis nomen et cognomen tuum omisisti. Cum domino Lodovico Hispania de his que inter nos dubitatio orta est verbum faciam adeo ut me dubium indubiumque ac certissimum (ut spero) efficiat. Vale Barcinone mai idibus annoque jubileo.

Tibi deditissimus
Carbonellus.

Ad devotionis eximie virum religiosum fratrem G. Fusterium aqud Ebronium Cœnobium.

Devotionis eximiæ fratri G. F. Petrus Michael Carbonellus P. S. Nequeo satis atque satis mirari vir egregie de ingratitudine tua quam in me committere non

erubuisti diebus proxime dimisis hanc Barcinonam urbem venisti et gressus repente faciendo ante tabernam meam seriniariam ubi presto eram more insolito nec me saluere nec quicquam de te propalare voluisti quod mihi iniucunditati fuit ac dividiæ cum propter tanti viri religionem tum propter scriptoris mei iurati in te susurrationem tum etiam ob amicitiæ integritatem quæ id repelli jubet. Fac igitur ut hoc crimen citius purges si amicitiam servare cupis. Præterea de te plurimum admiror qui Christi Jesu sacratissimi aut divi Hieronymi vel tui cænobii arma deposuisti et fabri lignarii armis ita fungeris et gaudes. Rejice rejice si placet hæc mundialia arma et alia quæ prædixi (ut probum ac devotum religiosum decet) accipe et deinceps in epistolis exarandis asciam seu arma talia non imprimas nec cupiam mittas sed potius ea delitescas. Vale et crimen purga si me amas. Barcinone XI calendas julias anno jubileo raptim. Cassagia vir ille egregius et ipse circa festum aliquod mensis proximo venturi Deo duce te visitare proposuimus. Iterum Vale.

Correspondencia con Gerónimo Pau.

Fol. 276.

Epistola quibus elementis Barcinona scribi debet solicite inquirens.

Petrus Michael Carbonellus tabellio Barcinonensis Hieronymo Paulo Cæsarei iuris profesori contribulo suo P. S. D. Nequeo satis atque satis mirari vir egregie de barbarie quorundam concivium Barcinonensium qui absque ratione aliqua et fundamento peritorum verba plurima non modo inepte scribere et pronuntiare non erubescunt immo si quos emendate scribentes vident ac ab eorum imperitia alienos audent stolidi eos obiurgare ac illorum doctrinam velut hæreticam detestari nec tantum profecto doleo quod iniuria docti reprehendantur quam quod ipsi ignorantiam appetentes rudes indoctique persistant. Accidit nuper ex collegio nostro versipellem quempiam (quoniam vidisset me urbis nostræ nomen per C. exile scripsisse) chachinno pene crepuisse. Aiebat enim homo illitteratus usum in ea dictione seribenda servandum esse asserens a septingentis annis citra sic scriptam in publicis instrumentis comperiri sed quare ea tempora semibarbara

fuisse sciebam nihili eius fundamentum existimavi sed querens si ante divi Constantini tempora hoc urbis nostre nomen per C. aspiratum apud quenquam auctorum adinvenisset et quoniam in se nescire diceret et si sciret se non curare iratus inscitiæ hominis eum reliqui. Nunc te vehementer oro ad me escribas quomodo id urbis nostræ nomen scribendum esse sentias et an aspirari in eo nomine C. littera debeat necne. Vale et me tui observatissimum ama. Barcinonæ calendis februariis anno salutis MCCCCLXXV.

Insiguiendo el plan que nos habiamos propuesto de dar á conocer en esta obra solamente la parte inédita de los trabajos debidos á la pluma del infatigable archivero, debiéramos omitir en este punto la importante contestacion dada á la carta que antecede por el primo de Carbonell, el reputado jurisconsulto y literato Gerónimo Pau, por haberla dado á luz en su *Marca Hispanica*, como dato para corroborar la etimología de Barcelona, el sabio Pedro de Marca arzobispo de Paris, quien al citar el nombre del espresado etimologista, cuya opinion es de tanto peso para Carbonell, lo acompaña con honrosos calificativos, que son la mejor prueba de la importancia que mereciera en el mundo literario: *Hieronimus Paulus vir gravis et eruditus*; pero como Carbonell era pródigo en sacar copias de sus escritos, y hayamos observado alguna diferencia entre la reproducida por Marca, que ignoramos de donde la tomaria, y la que existe autógrafa en el códice de Gerona, tratandose precisamente en la misma carta de etimologías y desinencias ó terminaciones, para lo que se re-

quiere no omitir ni una sola letra, hemos creido indispensable publicarla aquí, tal como se encuentra en el referido códice, ya porque bajo este punto de vista puede considerarse como original inédito, ya por no interrumpir esta parte de correspondencia, acaso la mas interesante de cuantas componen esta seccion especial, que consideramos no menos como otro de los interesantes trabajos de Carbonell.

Fol. 276 v.

Epistola quibus clementis Barcinona scribatur prudenter respondens.

Hieronimus Paulus P. Michaeli Carbonello S.

Non mediocriter mea sententia errare videntur mi Carbonelle jureque reprehendendi sunt immo nec inter cives habendi qui nomina urbium in quibus nati alitique sunt scire haud impudenter negligunt. Quis enim non eum merito vituperet qui patris sui aut genitricis verum nomen ignoretur. Cum igitur patriam nostram nobis parentem esse sciamus et multa nos ei debere veterum scriptis manifestum sit turpissimum esse arbitror nomen parentis nostræ hoc est urbis in qua quotidie versamur pudentius ignorare. Et cum id scire omnibus profecto expediat omnesque contingat litteratis tamen viris id non ignorare per necessarium est tibique præcipue cum tabellio sis publicus et dietim nomen urbis istius te in instrumentis

apponere contingat die de more adiectis et anno. Hac fortasssis ipse occasione adductus tuis litteris petitis et obsecratis admodum ad te scribam quo nomine urbem istam a majoribus appellatam esse comperiam et an in ea dictione aspirari C littera debeat. Ad responsionem ergo veniens et primo (ut mihi videtur) absoluto postremum etiam (quod petis) notissimum fiet cum altero dubium ex altero (ni fallor) pendeat. Sed potius mihi quedam prænotanda videntur quo liquidius ordinatiusque ad solutionem petitionis descensus fiat. Propria igitur nomina animalium locorumve quæ neque Græcam neque Latinam derivationem aut analogiam habent a nostris grammaticis eo modo nobis scribenda esse traduntur quo apud priscos approbatosque auctores sive Græcos sive Latinos diligentius scripta invenerimus et id non sine ratione cum in barbaris dictionibus nec analogiam facilem cognoscamus neque etiam derivationem aut etymologiam. Auctoritati ergo antiquorum necessario standum est qui cum proximiores fuerint ætati qua nomina ipsa barbara initium habuerunt præsumitur juxta eorum pronuntiationem litteris mutatis in Græcum aut Latinum vertisse quandoque eas nostro more flectentes quandoque litteris tantum mutatis eas inflexas more barbaro reliquiisse ut credendum sit antiquissimos ipsos Græcorum veteres ubi videbant a barbaris nomen aliquot aspirate proferri id in Græcam vertentes litteraturam eo loco quo et barbari aspirari solitos esse. Testis est horum et Calagurritanus noster et prisci Latinorum grammatici referentes sæpius nostre ætatis orthographiæ autore Tortellio. Cum ergo nomen istud nostræ

urbis constet barbarum esse et non Græcum et ejusdem pene nominis legamus in Aphrica fuisse urbem quam jam Barcinonium caput appellant et Hastrubali etiam a quo forte urbs ista condita fuit Barcino cognomen fuisse Livius scripserit. Querendum nunc ergo est quo nomine ab Græcorum et Latinorum majoribus hæc barbara urbs fuerit appellata ut eo etiam (per ea quæ supra memoravimus) a nobis appelletur. Sed prius ordo exigit his respondere qui audacius prædicant anilibus imbuti fabulis nomen istius urbis Latinum esse et ab Hercule cum Gerionem peteret conditam fuisse affirmant ab eo a nona ut aiunt barca cum ad ea litora sorte appulisset Barcinonam appellatam extitisse. Quæ omnia longe a veritate aliena esse arbitror cum nusquam hæc legantur et tamen ejus Ducis introitus in Hispaniam urbesque ab eo conditæ ab Diodoro Siculo et Pompeio Trogo diffusius scribantur. Nulla tamen apud eos hujus oppidi mentio habetur. Nec verissimile præterea est Herculem ipsum Græcum patrii forsitan sermonis oblitum nomine barbaro et Latino urbem in Hispania appellavisse. Barca enim non Latinum esse sed Afrum nemo ambigit pro eo dictum quod Latini musculos aut actuarias naves appellant. Nona fateor Latinum esse. Et ideo minime credendum est Græcum Ducem hujusmodi nomen urbi indidisse liciter et aliter contra hanc fabulam sequentes argui possit quod scilicet Barcino et Barcilon non Barcinona ut jam videbimus ab antiquis scriptum inveniamus. Superest hac insana opinione repulsa enarrare antiquos omnes auctores qui aut historias aut cosmographiam scripserint qua appellatione

hanc urbem de qua quærimus nuncuparunt. Primus omnium ut ipse comperio Pomponius Mela qui Augusti temporibus scripsit hujus urbis in secundo de cosmographia libro meminit sub his verbis *Inde* inquit *ad Tarraconem parva sunt oppida Blande Luro Betulo Barcino et rursus Rubricatum in Barcinonis littore.* Plinius postea Veronensis in quarto naturalis historiæ Hispaniarum oras discurrens sequentia scribit *In ora autem colonia Barcino cognomino Faventia.* In quibusdam autem antiquis Plinii codicibus Barcine invenitur et non Barcino. Et Paulus iurisconsultus *Barcinonenses* inquit *juris Italici sunt et paulo post idem jus et Valentini.* Et Dionysius Alexandrinus de Balearibus insulis loquens in hæc fere verba cecinit. *Altera que major est Tarraconam civitatem versus habet. Altera vero quæ minor Barcilonam contra potissimum septentrionem versa.* Claudius etiam Ptolomeus Græco sermone scribens sequentia edidit *Rubricati fluvii hostia deinde* Βαρκηνον Occurrunt et recentiorum auctoritates. Antoninus Pius in Itinerariis *Hierunda Barcinonæ M. P. LXVI.* Et alio loco *Prætorio Barcinonæ M. P. XV.* Divus etiam Hieronymus in libello quem de illustribus viris edidit *Patianus inquit in Pyrinei jugis Barcilone Episcopus.* Et Paulus Orosius de Atphaulfo Gotorum Rege loquens ait *Apud Barcilonam a suis interfectus est.* Et Ilarius Papa hujus nominis primus ad Scanium Tarraconensem Archiepiscopum scribens ut in regestis Pontificum legitur meminit dicens *Remoto ab Ecclesia Barcinonensi et ad suam remisso Ireneo Episcopo sedatis per sacerdotalem modestiam voluptatibus quæ*

per ignorantiam ecclesiarum legum desyderant quod non licet obtinere talis protinus de clero proprio Barcinonensibus ordinetur Episcopus qualem te præcipue frater Ascani oporteat eligere. Ausonius etiam poeta ad Paulinum filium scribens ita locutus est *Quanto me affecit beneficio non delata quidem sed suscepta querimonia mea Pauline fili veritus displicuisse oleum quod miseras munus iterasti audito etiam Barcinonensis murae condimento cumulatus præstitisti.* Vidi et ipse Bononiæ mundi figuram tabulis antiquissimis et pene vetustate consumptis litteris quæ vix legi poterant in oris citerioris Hispaniæ scriptum *Barcino* atramenti colore non rubro quo arguitur oppidum istud tempore quo tabule ille depictæ fuerunt exiguum fuisse cum ibi Tarracon et Emporiæ minio scripte cernerentur quo colore magnarum civitatum nomina etiam hodie signari solent. Ex his omnibus apparet variæ hoc urbis nostræ nomen a priscis auctoribus terminatum fuisse ut et *Barcino* inveniamus et *Barcinon* quod sæpius ab antiquis in nominibus propriis tertiæ in omnibus desinentibus teste Prisciano usurpatum est ut dicatur *Ruscino* et *Ruscinon Tarraco* et *Tarracon Narbo* et *Narbon Castulo* et *Castulon* sicut plerunque in alia etiam terminatione fit cum inveniamus *Arar* et *Araris Hispal* et *Hispalis Tolos* et *Tolosa Nicia* et *Nicea Carcaso* et *Carcasona.* Et inde etiam *Barcino* et *Barcinona* qua plurimum terminatione Christiani auctores gaudent in urbium magnarumque civitatum nominibus ut pro *Vlyxippone* dicatur *Vlyxibona* et pro *Tarracone Tarracona* et pro *Ancone* in Piceno *Ancona* inveniatur etiam (ut vidimus)

rarius tamen *Barcilon* et *Barcilona* a Græcis prolatum quam appellationem et recentiores et vulgus sequitur *n* liquida in *l* muta quod quandoque fieri Cæsariensis etiam grammaticus firmat. Apud neminem autem scriptum comperio quod *c* littera aspiranda in ea dictione sit cum apud Græcos non per K sed per X scribatur. Sive ergo dicamus *Barcinonam* sive *Barcilonam* nunquam *c* aspirari debet.

Hæc sunt quæ de nostræ urbis nomine non segnius ab antiquis auctoribus scrutatus ad te scribere volui cum enim particeps mecum amoris sis participem te etiam doctrinæ esse convenit. Nunc te pro nostra amititia moneo atque obtestor ut istic diligentius explores si forte nomen urbis istius in antiquis marmoribus quæ plura intus vetus oppidum plura intelligo sculptum invenies ut et marmorum antiquorum auctoritas quæ non lenis habetur memoratis accedat auctoribus. Epigrammata etiam si qua repereris ad me antiquitatum amatorem mittito. Vale. Romæ idibus junii anno salutis MCCCCLXXV.

Fol. 278 v.

De fide marmorum quibus elementis Barcino et Tarraco scribi debeant epistola accuratius respondet Corbonellus.

P. M. Carbonelius publicus tabellio Barcinonæ Hie-

ronymo Paulo viro imprimis litterato P. S. D. Etsi mihi tuæ litteræ iocundissimæ sunt tamen jocundius fuit quod nomen urbis nostræ Barcinonis a pseudographis post divi Constantini tempora corruptum id suscitatum impresentiarum videatur quoniam antea huiuscemodi urbis insignis nomen ut auctoritatibus antiquorum qui in pretio habentur luculentissime apperuisti per C. haud aspiratum litterati scribebant tum etiam auctoritates ipse liquido corroborantur in antiquissimis marmoribus Barcinonis et Tarraconis intra oppida vetera reconditis que (ut ibi legerim) temporibus divi Aurelii Antonini in scripta fuere quem longe ante Constantinum imperasse exploratum habeo. Nam litteris tius perlectis ut tuæ morem gererem voluntati ad vetus oppidum Barcinonensium me contuli e vestigio et ad concivium ædes quaspiam ubi in pervetustissimis marmoribus non modo nostre urbis nomen absque aspiratione sed etiam Tarraconis duplicator et. a. ante et post sculptum comperitur. Quo sit ut ex inde in notis codicibus in et scripturis conficiendis tam per mei quam per alios qui hanc veram orthographiam servare imitarique voluerint huiusmodi nomina ut scripsistis scribentur. Tacebitur igitur homo ille neotericus ac versipellis quippe que procacius asserebat usum in ea dictione scribenda servandum esse meque novum eius auctorem dictionis per vicos et plateas prædicare non cessabat verum si tacere noluerit eum cum sua barbarie relinquemus postea quam te summum cosmographum et rerum antiquarum apprime studiosum aliosque doctissimos et approbatos viros in tuis litte-

ris exaratos ad rem nostram tutandam in testes produxerim. Præterea (ut spero) venient eminentiores viri imposterum qui tua et illorum doctrinam eximia commendationes dignissimam suscipere æquo animo curabunt. Ego vero indoctus tuam doctrinam mihi et posteris meis salutiferam tanquam matrem summis laudibus extollendam impresentiarum ac perdiu maximo cum honore reverentiaque amplecti non desinam. Sed si quod reconditum magis erit meque discere et scire opus esse putaris ad has litteras statim mihi rescribe. Vale et me tantum ama quantum te a me amari intelligis. Barcinone pridie nonas julias anno salutis MCCCCLXXV.

Fol. 257.

Jesus Christus.

Huiusmodi epistolam Petrus ipse Michael Carbonellus Barcinonius tabellio lucubratione una edidi adeo quod morem gererem voluntati amicissimi contribulisque mei Hieronymi Pauli jure consulti Barcinonensis qui me suis litteris monuit ut fingerem epistolam a se editam (ut infra post hanc a me edita et mihi directa) subscriptum Theseum ad me dedisse. Cuius rei causam is Theseus impresentia ignorat.

Theseus Benetus Ferrandus Valentinus Balearis juri Pontificio iugiter vacans Bononiaeque scholaris

Petro Michaeli Carbonello Catalano Tabellioni et nostri Hieronymi Pauli legum professoris contribuli et amicissimo integerrimo. P. S. Diebus haud longe dimissis (1) Tabellarius quispiam unas mihi reddidit litteras nostri suavissimi Hieronymi Pauli arguto omni artificio et claro ingenio ac doctrina maxime pollentes quæ non solum mihi sed circumspectioni tantorum doctorum et oratorum huius felsinæ antiquitus sic Bononia appellata est ut in antiquis codicibus comperitur. Urbis oblactamento et etiam prodigió fuere. Jam equidem de nostro Hieronymo dicendum puto speculum et decus Hæsperiæ totus est cuncta rimatur peraccuto et eleganti stylo quicquid vult dicit et ordinat absque labore. Qui vero cupit humanitatis studia et iuris Pontificii ac civilis doctrinam exhaurire pergat ad hunc Hieronymum ab eius quidem fonte sitibundus bibat et sitis citius extinguetur neminem ita adulescentem video sibi parem nec forte maiore aetate confractum. Quicquid in eo est optimum censetur. Morali neque naturali philosophia indiget. Gratus est non modo diis deabusque sed etiam cunctis mortalibus qui ob tanti ingenii et doctrinæ suæ præstantiam uno ore hic predicant Beatus venter qui eum portavit et ubera quæ lactarunt vivat igitur in eum is jubar ecclesiæ quem

---

(1) Id ornatius dicendum puto superioribus diebus et non diebus non longe dimisis.

fore expectamus cum secundorum ubertate successuum. De his quidem satis. Cupio magnopere me tibi si non amicum saltem benivolum esse quum vera amicitia non sit latens ac inter ignotos causari nequit. Tu autem mihi innotus es et ipse tibi. Interim vero licet facie ad faciem te videre expetam sum paratus tuæ morerem gerere voluntati quotiens ad me scripseris. Et quamquam cardiaci ægrotatione laboro quæ mihi ad scribundum impedimento est tamen ut particeps mecum doctrinæ amorisque sis eam epistolam quam memoravi (cuius exemplum penes me est) tibi interclusum sub presenti mitto. Non mireris si is indignis elementis hanc meam epistolam transcriptor famulus meus scripserit quum ob meam invalitudinem scribere non valui sed eam emmendatissimam a me æditam comperies. Bene vale Felsinæ XVII calendas septembrias 1475.

Epigramma premissæ epistolæ tale erat.

Viro nasuto Petro Michaeli Carbonello tabellioni apostolico dignissimo Barcinonæ.

Epistole Hieronymi Pauli in premissis Thesei litteris enarrate tenor talis est quam is Hieronymus edidit per hec verba.

Hieronymus Paulus Barcinonensis Thesei Valentino Baleari S. Maxima lætitia amicorum suavissime su-

perioribus diebus afectus sum quum tuas litteras receperam quibus scripsisti te studiis litterarum deditissimum esse quod non tantum ex tua assertione quantum ex epistolæ tuæ lepore et ornatu mihi notissimum extitit vehementius etiam gavisus sum quod te sacrarum legum studio cunctis viribus vacare intelligam et iure pontificio quandoque oblectari in quo quidem peritissimum fuisse Ateium Capitonem auctor est Macrobius libro VII Saturnalium nunc obnixius oro frater humanissime accuratius prosequaris. Multa nam apud veteres de iuris civilis laudibus tradita plurima periculo ipso singularia esse cognoscimus. Quid enim ad istius disciplinae commendationem satis esse potest quum per eam scire liceat ac intelligere quid aequum quid iustum quid sanctum quid religiosum quid utile quid honestum quid denique imitandum aut fugiendum sit. Per huiusmodi etiam studium Deum colere parentes revereri patriam tutari amicos servare inimicos ipsos tolerare hostes repellere quae sua sunt tueri alienis non inhiare per id quoque bonis premia proponuntur mali autem ab iniquis studiis et facinoribus coercentur. Ideo traditum est leges ipsas non hominum sed deorum inventum esse nihil etenim mortales ipsos inmortali Deo coniungere potest quam haec legum veneranda necessitudo quæ cum ipso traditæ sint nihil in se continent quo Deo dignum censeri non possit nec immerito sacrarum legum ministros antiqui sacerdotes appellarunt quasi sacra quædam heroicaque tractantes. Optime igitur adulescens clarissime a te optatum est sanctissimeque electum. Scio

etiam nihil gratius aut iucundius parenti tuo nuntiari posse quam te ad hæc nostra studia divertisse. Sed quædam nunc pro nostra amicitia moneo quæ in rem tuam in dies esse cognosces ea sunt ut postquam quinque quæ tantum supersunt ex deplorandis legum antiquis codicibus diligenti cura perlegeris horum quos enumerabo auctorem libellos revolves scio nam ad Ro. legum notitiam et eruditionem plurimum conferent eodem nam pene tempore fuerunt hystorici hi et jurisperitorum nostrorum clarissimi inde fit ut plura communia pertractent multarumque legum ortus explicent ac si qua obscura sint declarent et expediant imprimis tibi habende sunt Caii instituciones quas temporibus gloriosi principis divi Hadriani scripsit et Helii Pauli commentarii qui nuper Patavii inventi esse feruntur habendus præterea est historiarum pater Livius Ciceronis libri lectitandi omnes Quintilianus Tranquillus Cornelius Tacitus Lampridius Spartianus Capitolinus Gallicanus non omittendi nec salebrosus etiam Amnianus. Ex græcis vero Polybius et Appianus Alexandrinus et commentarii quidam græci qui in Justinianum codicem scripti sunt. Ex recentioribus autem meo concilio pauci tibi deligendi sunt præter nam eorum semibarbarum ac solutissimum dicendi genus multæ etiam ineptissimæ interpretationes ab eis æditæ sunt quæ liberalem quenque et ingenium ab eorum doctrina non immerito dimoveant nec mirum ita interpretati sint eorum nam ætate non modo dicendi elegantia sed litteratura ipsa vandalorum et gotorum eversione prope deperierat e

contra juris consultorum aetas florida passim fuit et eloquentiæ fecundissimis fontibus emanans quo modo igitur credendum est tersissima illa et elegantissima digestorum volumina ab hominibus omnis eloquentiæ expertibus. Immo pene ut dixi barbaris recte exposita ac comentata esse. Causidicos ergo excellentis ingenii plures fuisse et esse nunc quoque fateor jurisconsulti autem et que iura Romanorum percalleant nusquam invenientur que numero Thebanas portas exuperent. Bartolus ergo tantum dinus et Paulus quem Castrensem cognominant tibi pertractandi sunt hi nam ut pluribus videtur minus ab antiquiorum sententiis aberrant. Coeteri autem ambagiosis quibusdam districtionibus sese implicantes confusum quoddam et inexsolubile cahos pro doctrina contexerunt et more incirculatorum ac phanaticorum hinc inde debacchari divinare conantur. Postremo nec ipsi se se intelligunt neque misserrimi ipsi lectores solidæ ut aiunt doctrinæ quicquam exhauriunt sed superfluis ac inextricatis allegationibus glomerati perpetua ignorantia irretiti continentur. Sed quum plura dicere vellem finem imponere coegit Tabellarius noster Polibarbarus. Mitto ad te libellum de fluminibus et montibus Hispaniarum quem ipse edidi eum transcribi facies modico ære id fiet. Deinde cures obsecro præclaro poetæ Franc. Puteolano tradatur cui plurimum me commendabis phamigerato etiam præceptori Andreae Barbatiæ Messanenssi optime de me merito et salutes plurimas et eventus prosperos verbis meis dicito Joanni quoque Garzoni oratori per-

facundo et dulcissimis amicis Nicolao Emporitano et Hieronymo Lupio Valentino non vulgares salutes dicito Juliæ ac Theodoræ sororibus præclaris et litteratissimis mulieribus me enixissime commendato et memineris rogo si quos ediderint libellos ad me mittere. Hic et salubritas aeris est per totam urbem et prospera valitudo paucissimi peregrinorum sonticis morbis laborant. Tu bene vale et me ama. Romæ calendas augusti anno christianæ religionis MIIIIC LXXV fervente canicula.

Epigramma in premissa epistola tale erat.

Viro egregio Theseo Beneto Ferrando Valentino Baleari scholari peritissimo catalano Bononiæ.

ÍNDICE

TOMO PRIMERO.

Pág.

PRÓLOGO I

BIOGRAFÍA 1

DOCUMENTOS Á QUE SE HACE REFERENCIA EN LA BIOGRAFÍA 31

NOTAS AUTÓGRAFAS Á QUE SE HACE REFERENCIA EN LA BIOGRAFÍA 81

HISTORIA 119

DE EXEQUIIS SEPULTURA ET INFIRMITATE REGIS JOANNIS SECUNDI. LIBER FOELICITER INCIPIT.

Mandato del rey Don Fernando 137

Rubrica de tots los capitols del present libre 288

Açi son scrites per via de memorial totes les coses necessaries a les exequies de la sepultura del Illustrissimo senyor don Joan de gloriosa memoria rey de Arago de Navarra de Sicilia etc.

Per lo capellardent. 299
De les banderes per arrossegar.
Dels scuts pera correr.
De les cotes darmes 300
Dels scuts per anar a peu derrera lo cors.
Del home a cavall anant derrera lo cors e portant scut e standart al coll e I elm en lo cap. 301
De les brandoneres per portar los siris a la sepultura.
De les persones qui deuen esser convidades per fer luminaria.
Dels homens qui iran debaix la litera portants aquella. 302
Dels scuts de diverses armes Reals e altres per cosir al pali qui ira sobre lo cors.
De la scala o litera per portar lo cors a la sepultura.

De les candeles e diners per la oferta. . 303
Dels scuts o senyals per los siris.
De la almoyna faedora lo dia de la sepultura.
De les moltes misses quis diran lo dia de la sepultura.
Dels bastaxos portants les brandoneres. . 304
Del rompre dels Reals segells.
Quant va lo cors Real a la sepultura.
Dels VIII cavallers qui han correr les armes del senyor Rey 305
Dels tres herauts anants denant los dits VIII cavallers 306
Dels munteros.
Dels quatre homens a peu portants quattre scuts.
De la gent qui seguira lo cors a la sepultura 307
Los prelats e persones a qui deu esser notificat fassen luminaria si fer ne volran per acompanyar lo cors del senyor Rey a la sepultura son los seguents. 308
Los VIII cavallers ordenats pera correr les armes Reals son los seguents 309
Per aportar a cavall lo standar o tallamar e lescut e elmet derrera lo cors del senyor Rey 310

OBITU APUD EPISCOPALEM PALACIUM URBIS BARCINONÆ 311

Hæc quæ sequntur de transitu vitæ Regis Joannis ad vitam æternam ego Petrus Michael Carbonellus habui ab honorabili et circunspecto viro domino Gabriele Miro in artibus et medicina Magistro qui summarie que in his sciebat mihi retulit quorum verba hæc sunt stylo infimo et raptine exarata 313

APÉNDICE AL LIBRO DE LAS EXEQUIAS.

Capítulo copiado del «Libre de algunes coses assenyalades succehides en Barcelona y altres parts. Pere Joan Comes.» A. M.

Libre 2. cap. 24. De la malaltia del senyor Rey En Joan y de la sua mort y de la honrrada sepultura que li fonch feta . . . 321

Relato á igual objeto que el capítulo anterior, copiado del Archivo de la antigua Diputacion de los tres estamentos de Cataluña, fol. 74 v. del dietario del trienio de 1476 á 79 332

AD GABRIELEM VILELL PRESBYTERUM DE VITA ET MIRACULIS DIVI SEVERI BARCINONENSIS ANTISTITIS EPISTOLA ET ETIAM DE EIUS CORPORIS TRANSLATIONE. 335

Hymnus ad Sanctum Severum.

Ad beatum Severum Barcinonensem Episcopum dignissimum hanc facio orationem ego quidem Archivarius memoratus 349

Ad Gabrielem Vilell presbyterum alia epistola de vita Sancti Severi 351

Confirmacion de privilegios al monasterio de San Cucufate del Vallés, por la donacion del cuerpo de S. Severo. 355

SUPER FACTO EXPULSIONIS HERETICORUM JUDEORUMQUE AB OMNIBUS TERRIS REGIS CASTELLÆ ARAGONUM LEGIONIS SICILIÆ GRANATÆ ET ÇETERA AC SUPER DEDITIONE REGNI GRANATÆ ATQUE PACE FIRMATA INTER IPSUM REGEM NOSTRUM ET REGEM FRANCORUM NEC NON RECUPERATIONE COMITATUUM RUSCINONIS ET CERRITANIÆ ETIAMQUE ALIIS PRO PACE SERVANDA MEMORATA DIGNIS PLERAQUE ALIA HIC DESCRIBUNTUR. 369

Epígramas á Miguel Perez Almazan . . . 374

LIBER DESCRIPTIONIS RECONCILIACIONISQUE PURGATIONIS ET CONDEMNATIONIS HERETICORUM ALIAS DE GESTIS HERETICORUM. 377

Regia licentia inquirendi adversus hereticos concesa fratri Bernardo de Podio ordinis fratrum minorum in sacra pagina magistro pravitatis hereticæ Inquisitori apud provintiam Provintiæ a qua heretici fugiendo recedentes

Cataloniam petiebant 378
Advertencia final 395

TOMO SEGUNDO.

Fórmula del juramento prestado por los Diputados y Concelleres de Barcelona al Inquisidor 5
Pensio assignata Inquisitori hereticæ pravitatis 7
Id. . . . id. 8
Dies processionis 9
Secunda processio in urbe Barcinone . . 20
Secuntur homines reconsiliati gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ quia confessi fuerant post gratiam 21
Sequuntur feminæ reconsiliate gremio Sancte matris Ecclesiæ qui confessæ fuerant post gratiam 22
Sententia adversus hereticos in fuga arreptos Christi imaginem verberantes ac vituperantes 27
Alia publicatio adversus hereticos. . . . 29
Nomina illorum et illarum pro quibus statuæ factæ et combustæ fuere 30
Publicatio quatuor personarum in heretica pravitate deprehensarum facta in Ecclesia Barcinonensi. 32
Alia publicatio octo personarum. 34
Processio intra tempus Gratiæ in civitate

Tarraconæ 35
Forma abjurationis 37
Reconsiliati et carceri perpetuo condemnati apud urbem Tarraconam 39
Combusti condemnati et Brachio seu Curiæ Sæculari traditi in statuis 41
Personæ condemnatæ et earum statuæ combustæ 49
Ordo expoliationis supravestium ut vulgo loquamur garnachiarum. 50
Condemnati et Curiæ seu Brachio sæculari traditi in statuis in Gerunda. 52
Capti adducti ad locum destinatum vulgo nuncupatum Canyet ubi fuerunt combusti. . 53
Condemnati et brachio seculari traditi in statuis 54
Neophyti fugitivi urbis Barcinonæ 61
Personæ reconsiliatæ 63
Alia publicatio personarum deprehensarum et carceri perpetuo condemnatarum 65
Reconciliati et carceribus perpetuis condemnati 66
Translat de la sentencia donada per los reverents pares inquisidors de heretica pravedat de la ciutat de Avila del Regne de Castella contra un nomenat Benet Garcia queis cardador heretich e condempnat del loch de la Guardia en lany Mil CCCCLXXXXI trames per lo reverent pare lo senyor prior de la Sancta Creu inquisidor general de la hereti-

ca pravitat als reverents pares inquisidors de la ciutat de Barcelona 68

Pragmatica domini Regis Alfonsi secundi quod omnes officiales domini Regis tam Aragonum Valentiæ Maioricarum et Cataloniæ teneantur ad eius requisitionem obedire Inquisitori hereticæ pravitatis quicumque fuerit ordinis prædicatorum in capiendis hereticis et etiam eis incarcerandis et alias adversus eos procedendo pro favori fidei catholicæ. Dada Barcinonæ VIII calendas julii anno Domini M CCLXXXVI 75

Condemnati et eorum bona fisco et cameræ Regiæ confiscata 78

Memoria processum.

Apud civitatem Gerundam. 82

Apud villam seu oppidum Perpiniani. . . 83

Mortui pro hereticis condemnati apud urbem Gerundam 84

Omnes civitatis Gerundæ.

Omnes oppide sive villæ Castilionis Emporiarum.

Absentes pro hereticis condemnati apud urbem Gerundam 85

Reconsiliati et carceribus perpetuis condemnati apud urbem Barcinonam. 86

Sententia 88

Abjuratio 113

Interrogationes reconsiliandis faciendæ de articulis fidei et primo de articulis divini-

tatis. 115
Sequuntur articuli humanitatis Christi . . 116
De Sacramentis. 117
Absolucion y capitulo final de sentencia. . 118
Sententia canonicæ purgationis Angelinæ uxoris Joannis Vilella mercatoris 123
Cédula presentada por el procurador de la rea, y otros procedimientos 125
Abjuracion de Angelina 130
Sentencia 133
De servis et captivis manumissis et franchis propter crimina hereticalia suorum dominorum et sunt sequentes 136
Nomina reconciliatorum et condemnatorum diocesis Urgellensis 137
Fugitius de Balaguer. 139
Defuncts de Balaguer.
Condenados y reconciliados. 140
Id. y entregados al brazo seglar 141
Id. á cárcel perpétua 143
Id. y absueltos. 144
Id. á cárcel perpétua.
Id. á ser quemados, reconciliados en estátua, difuntos etc. 146
Absueltos, condenados ó reconciliados en estátua etc. 147
Muertos y ausentes fugitivos condenados en Tarragona. 148
Reconciliados y absueltos en idem . . . 149
Condenados en estátua y entregados á la

Curia seglar en idem. 150
Entregados idem en idem. 151
Siguen otras varias condenas en Tarragona y Barcelona, en diversas fechas 152
Condena de muertos, exhumacion y quema de sus cadáveres en Gerona 157
Condenados á cárcel y reconciliados en Barcelona 158
De la sinagoga en Valencia feta per mals christians alias heretges de styrpe judeorum. 159
Capitulo de una lettra del fiscal de la Inquisition de Valentia fecha al fiscal de la Inquisition de Barcelona sobrel caso que se fallo en casa de Miquel Viver converso de Valencia viernes en la noche a XX de marzo anno de 1500 160
Condenados, reconciliados, degradados, entregados al brazo seglar y quemados, distinados á galeras etc. en diversas fechas en Barcelona. 164
Sententia contra Jacobum de Casafranca locumtenentem Regii Thesaurarii 170
Sententia contra mossen Dalmau de Tolosa prevere canonge e preborda de la Seu de Leyda natural del archabisbat de Tarragona. 187
Sententia contra Na Blanquina muller de Jacme de Casafranca heretge condemnat e quondam Lochtinent de thesorer per lo Rey nostre Senyor. 201
Sententia contra micer Francesch Franch

doctor en cascun dret Regent la Cancellaria del Rey nostre Senyor detengut en los carcers de la Sancta Inquisitio en lo palau mayor Real de la ciutat de Barcelona 214

Sententia donada per lo reverendissimo Senyor don Francesch Pays de Sotomajor e frare Guillem Caselles del orde de preicadors maestre en sacra theologia inquisidors ut sequitur contra mossen Urbano de natio italica dexeble de un heretge quis diu Barba Jacobo qui va vestit de sachs com lo dit Urbano mateix va vestit. 221

APÉNDICE.

PETRI MICHAELIS CARBONELLI BARCINONIS PUBLICI NOTARII DE VIRIS ILLUSTRIBUS CATALANIS SUÆ TEMPESTATIS LIBELLUS INCIPIT FOELICITER. . . . 237

Lucianus Colominius.

Joannes Lubetus Barçinonensis. 238

Joannes Margaritus Hierundensis Episcopus qui obiit cardinalis 239

Ferrandus Valentinus.

Jacobus Paulns jurisconsultus. 240

Joánnes Raimundus Ferrarius 241

Gabriel Clepesius Balearis.

Ferrarius Berardus Balcaris.

Jacobus Gartias regius Archivarius qui fuit

præcesor meus Petri scilicet Michaelis Carbonelli in officio Regii Archivi Barcinonensis . . . 242
Hieronymus Paulus 243
Bartholomeus Gerbius.
Benia Valentinus.
Philipus Mealia. 244
Jacobus Ripullus 245
Gabriel Canyelles 247

Correspondencia con Juan Villar sobre genealogías y otros puntos históricos. . . . 248

POESÍA. 257

DANÇA DE LA MORT E DE AQUELLES PERSONES QUI MAL LLUR GRAT AB AQUELLA BALLEN E DANÇEN. 267

Epigramma de felicitate et infelicitate hominis. 296

PETRI MICHAELIS CARBONELLI SCRIBÆ ET ARCHIVARII REGII CARMINA IN TETRÆ MORTIS ORRENDAM COREAM DIEBUS FESTIS JESU CHRISTI MAXIMI NATALICIIS ANNI SALUTIS MCCCCXCVIII DUM VULGUS INCERTUM LUDIS TAXILARIIS VACARET COMPOSITA FOELICITER INCIPIUNT 297

COBLE COMPOSTA PER PERE MIQUEL CARBONELL ARCHIVER DEL REY NOSTRE SENYOR CONTRA LOS NEGLIGENTS SCRIVANS LEXANTS SPAYS BLANCHS NO CONTINUANT HI LES CONCLUSIONS. 318

COBLES AB TORNADA FETES PER PERE MIQUEL CARBONELL ARCHIVER DEL SENYOR REY E NOTARI PUBLICH DE BARCELONA CONTRA AQUELLS QUI INICAMENT E PER ENVEGE O CUPIDITAT HAN PROCURAT SIA FETA EN LES CORTS DE MONTSO CONTRA LO ARCHIVER REAL DE BARCELONA LA CONSTITUCIO SUPER FACTO REGESTORUM IMMITTENDORUM IN REGIUM ARCHIVUM BARCINONENSEM 319

Cobles ab tornada contra aquells qui inicament e ab enveia han instat e procurat contra lo archiver fer dita constitucio en lany Mil DX . . . . . .

Constitucion á que se hace referencia en los versos anteriores. . . . . .

Notas de Carbonell relativas á la misma constitucion . . . . . .

Cobles fetes per Pere Miquel Carbonell archiver del senyor Rey en lahor e defensio de una dama qui exia del bany segons es pintada en un drap de pinzell ab un galant qui la·te abrazada e ab altre que sona orgens e altres scolten acompanyats de una altra dona e ab un gat que sona un lehut davant la taula ques dinaven e ara es retaula guarnit

o comprat en lany mil D e quattre de la nativitat de nostre Senyor. E en loch de jugar lo dit Carbonell a gloria de nostre Senyor Deu e de la Sacratissima Verge Maria mare sua ses dispost compondre aquelles ço es en les festes de Nadal del any de la Nativitat de nostre Senyor cinccents e cinch. 329

Aquesta es la primera obra que yo Pere Miquel Carbonell notari publich de Barcelona he feta ans que fos notari ço es en lo quart digmenge de Coresma que comptavem XXX de març del any Mil CCCCLIIII per honor de una joya de Sancta Maria Magdalena que lo discret mossen Montserrat Torres prevere posa dins la esglesia de Sant Just de la dita ciutat. . . 333

Divæ Marie Magdalenæ orationem tum latino tum vulgari sermone rythmisque confectum Petrus Michael Carbonellus Barcinonensis edidit canicula regnante anno Christi MCCCC LXXIIII 339

CORRESPONDENCIA LITERARIA . . . 345

Correspondencia con Francisco Cassagia . . 349

Epistola in laudem Petri Michaelis Carbonelli tabellionis ab egregio viro Francisco Cassa-

gia pontificii juris interprete edita et directa probissimo ac scientissimo Hieromino Paulo jurisconsulto Barcinone apud urbem nuper degenti quia Romam iter fecere ex nostra urbe Barcinona.

Franciscus Casassaia ad P. M. Carbonellum . 349

CORRESPONDENCIA CON JUAN VILLAR.

Exemplum litterarum æditarum exercitationis honestate et oblactamenti gratia super nonnullis antiquorum gravitatibus editarum ab Joanne Villario jureconsulto et Petro Michaele Carbonello tabellione 351

CORRESPONDENCIA CON GUILLERMO FUSTER.

Epigramma huiusmodi venerabilis et honestissimus frater Guillelmus Fustarius conventualis monasterii Sancti Hieronymi Vallis de Ebron Barcinonensis diocesis personuit et ipsum ad me Petrum Michaelem Carbonellum notarium quem librum de dictis et factis Regis Alfonsi cum aliis operibus sibi accomodato dederam intra tempus pactum et promissum una cum dicto libro mittere curavit 359

Littere quibus respondetur predictis et librum restitutum iterum in commendam mitto et epigramma in quo nomen et cognomen meum contineatur fieri postulo aliaque resonantes. . 360

Epigramma. . . . . amico summo viroque doctissimo Petro Michaeli Carbonell tabellioni. 363

Epigramma. . . . . clarissimo viro ac devotionis eximiæ fratri Guilielmo Fusterio ordinis Sancti Hieronymi Vallis Ebronis in agro Barcinonensi 364

Ad devotionis eximie virum religiosum fratrem G. Fusterium apud Ebronium Cænobium. 365

CORRESPONDENCIA CON GERÓNIMO PAU.

Epistola quibus elementis Barcinona scribi debet solicite inquirens 367

Epistola quibus elementis Barcinona scribatur prudenter respondens. Hieronimus Paulus P. Michaeli Carbonello 369

De fide marmorum quibus elementis Barcino et Tarraco scribi debeant epistola accuratius respondet Carbonellus 374

Huiusmodi epistolam Petrus ipse Michael Carbonellus Barcinonius tabellio lucubratione una edidi adeo quod morem gererem voluntati amicissimi contribulisque mei Hieronymi Pauli jure consulti Barcinonensis qui me suis litteris

monuit ut fingerem epistolam a se editam (ut infra post hanc a me edita et mihi directa) subscriptum Theseum ad me dedisse. Cuius rei causam is Theseus impresentia ignorat . . . 376

Epistole Hieronymi Pauli in premissis Thesei litteris enarrate tenor talis est quam is Hieronymo edidit per hec verba 378

FIN DEL TOMO VIGÉSIMO OCTAVO DE LA COLECCION, SEGUNDO DE LOS OPÚSCULOS INÉDITOS DEL CRONISTA CATALAN PEDRO MIQUEL CARBONELL.

DP
124
A15
t.28

Spain. Archivo General de la
Corona de Aragon, Barcelona
Coleccion de documentos
ineditos

PLEASE DO NOT REMOVE
SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO
LIBRARY